



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Qvirinvs Eremita. luxta Brugas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## PETRVS EXORCISTA.

*Gandau.*

**C**Vm sancto Marcellino Presbytero Romæ passus est per Serenum sub Diocletiano circa annum Domini ducentesimo nonagesimo, in Canone Missæ eorum fit mentio, atque in eorundem honorem Basilica Romæ à Constantino Magno constructa est, in qua Helena mater eius condita, est & titulus eorum Cardinalitius per Gregorium Papam institutus. Eorum Reliquiæ per Eynardum Caroli Magni Cancellarium Abbatem Gandensem Roma Ganduum magna ex parte aduenctæ sunt. Vide Gazæum in historia Ecclesiastica Belgij.

Q V I R I N V S  
EREMITA.*Iuxta Brugas.*

**11. Octo.** **M**Emoratur à Gazæo in sanctis Dicecios Bruganæ, & vixisse dicitur in omni sanctitate iuxta vicum D'Ostreloo, ut ex Legendis eius loci & Epitaphio quod istuc habet, constat quod tale est:

Hic iacet QVERELINVS Anachoreta, qui duodecim annis in hac Insula nostri loci conuersatus est. Obiit anno Domini M. LX. undecimo die Octobris.

REY.

